LEGATVS SEV

DE LEGATIONE LEGATORVMQVE

priuilegiis officio ac munere libellus.

Ad titulos de Legatione & Legatis in ff. & C.

PHILIPPO HVRALTO VICE-comiti Cheuernio Galliæ Procancellario dicatus.

F. LE VAYER I. C. ET IN ſuprema Curia Aduocato Authore.

PARISIIS,

Apud Michaëlem de Roigny via Iacobæa ſub ſigno quatuor Elementorum.

M. D. LXXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

DE LEGATIONE,

SIVE DE LEGATORVM AVTHORITATE, PRIVILEGIIS, ET MVNERE LIBELLVS.

F. LE VAYER IC. ET IN SVPREMA CVRIA ADVOCATO, AVTHORE.

DE ELECTIONE AC DEſignatione Legatorum.

CAPVT PRIMVM

NOBIS Legatorum & oratorum munera, dignitatem, priuilegia, & vt vno verbo dicam, omnes legationis partes exponere conſtituentibus ſuperfluum ac inane viſum eſt ordiri gemino ab ouo, primáque legationis incunabula ex veteribus ſœculis arceſſere: vtpote quo primùm tempore, cuius regno aut imperio, qua vrgente aut neceſſitate aut vtilitate legati inſtituti ſunt, aut ſacroſancti inter gentes eſſe cœperunt. Etenim tam accurata & exquiſita diſputatio nihil aut parum noſtrum hoc inſtitutum promoueret: præterquam quod